



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

12. De vindicata diuinitus quorundam in virginem matrem blasphemia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

248 COLLATION. SACRAR.
dicis remedium poterat excogitari, & elo-
phantia morbus accedebat, & in extremam
animi desperationem deuenit, ut hinc mi-
serabiliter vociferaretur, se viuentem etiam
propter Mariam Deiparam igni inextinguibili
traditum, in eumque coniectum esse. Tum
morbi coeuntes, tam dici cruciatus velut bla-
sphemiam ministri blasphemum Caesarem perdes-
runt.

*Nicephorus Callistus li. 18. cap. 33. histor. Eccl. de
de vindicata diuinitus quorundam in Vrgu-
m. urem blasphemiam.*

CAP. XII.

CVM Caesar Mauritius imperaret, Graeci
quidam siue gentiles, ut sit, in campo
na suauiter compotabant, & lepidi, scilicet
esse non poterant, nisi inter compotandum
conuictis in Mariam iactis impure certarent.
En verò tibi æquum in Mariaua causa vindi-
cetur Deum, qui præcipuos huius nefarie con-
certationis authores, ut ne vnus quidem bla-
phemus euaserit, potenter arripuit, prostrauit, op-
pressit, deleuit, rectaque ad inferos misit per-
petuo excruciantos. Hospes autem & Domi-
nus ædium, in quibus blasphemii conuentus
ab hac diuina punitione vix mansit immu-
nitas præsertim, quod is conuientia potius, quam
ut cæteri, ex destinata malitia deliquisset. Cum
nō multò post nocte dormienti Dei mater ad-
stare visa est, illique in memoriam reuocantem
quod



quod blasphemus illos conuiuas in suis ædi-
bus indignè tolerasset. Tum ille miser supplex
illi esse, veniamque delicti petere: & ne tam
cruo morte mulctaretur, sed vt tempus ipsi pe-
nitentiæ relinqueretur orare. Virgo daturam
se hoc ei, neque in præsentia ipsum ita morte
penas luiturum promittere: vimine autem,
quod manu gestare videbatur, genua eius cir-
cumcirca velut exarans circumscribere. Id vbi
factum, sacra Virgo quidem non apparuit am-
plius, sed illo somno discusso membra ea, que
vimine notata fuerant, à reliquo corpore dis-
rupta statim inuenit, & recentem inde sangui-
nem sensit profluere. Igitur in publicum pro-
ductus miser, fædo & miserando habitu cor-
poris non minus quàm oris sui testimonio ve-
ritatem publicè confirmauit, hocque iustum
Dei iudicium omnibus promulgauit.

*Ioannes Moscus Euiratus in Prato spirituali cap. 47.
& D. Petrus Canisius lib. 5. cap. 20. operis Maria-
ni. De Gaiano Mimio, qui ob suas in B. Mariam blas-
phemias semel atque iterum mouitus est, ac tandem
grauiter punitus.*

CAP. XIII.

CVM hoc miraculo planè congruit, quod
Moscos Euiratus in suo Prato, Heliopo-
li, quæ Phœnicis est ciuitas, refert accidisse.
In hac, inquit, Mimio quidam erat Gaianus
nomine, qui in theatro sanctam Dei genitricem
blasphemans, populo spectaculum blasphemans,